Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8377
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

IIII

significationem et quantitatem deter
minatam manum. Utrum si sit
alique hostie ex oblivione in
altari dum presbiter conficit. Nunquid
et iste sunt consecrate hostie.
Et etiam quod si gutte vini
adherent pedi calicis dum
presbiter conficit. Respondeo secundum
Albertum li. de missa. Nec ille
hostie nec gutte ille conse
crantur quia de eis nichil in
tenditur.

De conversione que fit
in eucharistia et quomodo
corpus Christi est ibi post trans
substanciationem. titulus
Decimus. Articulus 109.

Considerandum
de conversione que
fit in hoc sacra
mento per virtutem forme
verborum. Et quia per hanc con
versionem fit presens corpus
Christi sub hoc sacramento. Ideo
consequenter dicendum erit de
modo quo corpus Christi existit
in hoc sacramento. Circa pri
mum firmiter tenendum est quod
in hoc sacramento est verum cor
pus Christi. Unde super illud Luce
.22. hoc est corpus meum quod pro
vobis traditur. Dicit Cirillus
non dubites an hoc verum sit
cum enim sit veritas. proferens
non mentitur. Et etiam intelli
ge de sanguine Christi. substantia enim pa
nis convertitur in substantiam corpo
ris Christi et substantia vini in sangu
inem. Unde in canone misse dicitur
de pane et vino. fiat nobis corpus

et sanguis domini. preterea de sa
cramentis tenendum est secun
dum quod tenet Romana ecclesia
extra de here. ad abolendam. Ipsa
autem tenet panem transsubstanciari
in corpus Christi et vinum in sangu
inem Christi. extra de summa trinitate
firmiter. § una. Et hunc intel
lectum Romana ecclesia nobis
tradidit directa ut creditur
a spiritu veritatis. Unde aliter
credere non licet. Hec Thomas. Con
vertitur in aliquid totum composi
tum ex materia et forma in
formam sed corpoream solis acci
dentibus remanentibus. Cum enim
species panis sit signum corporis
Christi debet ipsum immediate re
presentare. Si autem remaneret
aliquid de substantia panis represen
taret illud immediate quam cor
pus Christi. Et nichil debet ibi
de substantia panis remanere sed
tota converti. Fit autem predicta
conversio in instanti virtu
te dei eo existente et con
vertente completa oratione nec
est in specie aliqua mutationis
sed proprio nomine transsubstancia
tio dici potest. Hanc autem con
versionem non erit nimium
difficile credere si consideret
virtutem inferioris nature que
in stomacho hominis panem
quem accipit in vivam car
nem et vinum in sanguinem con
vertit. Si autem queratur utrum
vinum convertatur in sanguinem
dicendum quod sic. Non enim est in
telligendum converti vinum in

// dicit